Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Et levabit princeps indumentum
suum et ponet super humerum suum et
transibit. Secundum viam eorum faciam
eis et secundum iudicia eorum iudicabo
eos et scient quia ego dominus. Et factum est
in anno septimo in mense quinto in quinta
mensis ego sedebam in domo mea
et senes iuda sedebant coram me. Et
cecidit super me ibi manus domini dei.
Et vidi et ecce similitudo qui aspectus
ignis ab aspectu lumborum eius et
deorsum ignis et a lumbis eius et
sursum quasi aspectus splendoris
ut visio electri. Et cum misisset similitu
dinem manus apprehendit me in cri
nibus capitis mei et elevavit me
in terram et celum et adduxit me in visio
nibus dei in ierusalem ad ostium interius
quod respiciebat ad aquilonem ubi erat
statuum zelotypiae zeli ad provocan
dam emulationem. Et ecce ibi gloria
dei israel secundum visionem quam videram
in campo. Et dixit ad me fili hominis pe
leva oculos tuos ad viam aquilo
nis et leva oculos meos ad viam
aquilonis et ecce ab aquilone porta
altaris idolum zeli in ipso introitu.
Et dixit ad me. Fili hominis pe
tas ne vides tu quid isti faciunt ab
hominationes magnas domus israel
faciunt hic ut procul recedam a sanctuario
meo et adhuc convertis videbis ab
hominationes maiores introduxit
me ad hostium atrii et vidi et ecce
foramen unum in pariete. Et dixit
ad me fili hominis fode pariete. Et
cum fodissem parietem apparuit hostium
unum. Et dixit ad me ingredere
et vide abhominationes pessimas quas isti fa
cient hic.
Et ingressus feria v. Ecce omnis similitudo repti
lium et animalium abhominabilium
omnis idola domus israel depicta e
rant in pariete in circuitu undique. Et
lxx. viri de senioribus israel et iezonias
filius saphan stabat in medio eorum
stantium ante picturas. Et unus
quisque habebat thuribulum in manu
sua et vapor nebulae de thure conscen
debat. Et dixit ad me. Certe vides fi
li hominis quae seniores domus israel
faciunt in tenebris unusquisque in
abscondito cubiculi sui. Dicunt enim
non videt dominus nos. Dixitque
dominus rursum et dixit ad me. Adhuc con
versus videbis abhominationes maio
res quas isti faciunt. Et introduxit
me ostium portae domus domini quod
respiciebat ad aquilonem et ecce mu
lieres sedebant plangentes adonide.
Et dixit ad me fili hominis numquid
vidisti haec mi
quitates quas fecerunt isti hic. Certe
adhuc convertis videbis abhomina
tiones maiores hinc. Et introduxit
me in atrium domus domini interius et ecce
in ostio templi domini inter vestibulum
et altare qui erant quasi viginti viri dorsa habentes
contra templum domini et facies ad ori
entem et adorabant ad ortum solis.
Et dixit ad me. Certe vidisti fili ho
minis numquid leve est hoc domui
iuda ut facerent abhominationes istas
quas fecerunt hic quia repletae sunt
iniquitate conversi sunt ad irritan
dum me. Et ecce applicant nunti
ad nares suas. Et ego ego faciam
in furore non parcet oculus meus
neque miserebor. Et cum clamaverint
ad aures meas voce magna non ex
audiam eos. Et clamabunt in auribus
meis voce magna dicens. Appropi